



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Canonicorum Regularium Ordinis S. Augustini Origines ac
Progressus, Per Italiam, Hispaniam, Galliam, Germaniam,
Belgium, aliasque orbis Christiani prouincias**

Le Mire, Aubert

Coloniae Agrippinae, 1614

Capvt LI. Bornhemianvm Olim Monasterium, in Flandria.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11321

uocatum liberè eligendi. Datum Laterani,
anno 1121.

Sepulti sunt in hoc monasterio duo ex
fratribus fundatoribus in abside meridiona-
li, tertius in monasterio VViltha, ordinis
Præmonstratensis, in Tyrolensi Comitatu.
Sic ferè Hundius libro cit.

CAPVT L.

ABBATIA DE DAVCOVRT, IN
Artesia.

ANNO 1101. Abbatiam hanc in dicecesi 1101.
Atrebatensi fundauit *Odo* pius sacer-
dos, in honorem Deiparæ, cùm *Lambertus*
Atrebatensis Episcopus facultatem dedisset
sodales colligendi. Dotem monasterij auxit
idem *Lambertus* Episcopus.

CAPVT LI.

BORNHEMIANVM OLIM MONA-
sterium, in Flandria.

LIBET hoc loco meminisse vetusti mo-
nasterij Bornhemiani, in Flandriæ fini-
bus haud longè à Scaldi flu. olim siti. Fuit id
olim Canonorum regularium cœnobium
Abbatiali titulo insigne, à VVennemano Ca-
stellano Gandauensi, & Manasse Camera-
censi Episcopo, anno 1101. constructum. 1101.

Quod postea, anno scilicet 1120 (tradente Abbate, & Canonicis eius loci monasteriū S. Benedicti regulam amplectentibus regēdum suscepit Fulgent. I. Abbas Affligemiēsis. sicq; Bohemiana tandē cella ad monasterium Affligemiense in appendicibus vniuersis à Calixto II. Pont. Max. translata est. an. 1122. Burchardo Cameracensi Episc. adsentiente. Hęc ex Anselmi Aabbatis Genblacensis Appēdicē ad Sigeberti Chronicon, itemq; ex monumentis Ecclesiæ Bornhemianę desumptimus. Vide plura in Originibus nostris Benedictinorum monasteriorum per Belgium.

Ceterum Bornhemium celebris est Flandrię pagus, Baronię vt vocant, titulo decoratus, in quo perantiqua est Basilica, cū crypta item veteri sub Odeio. Ponē ipsi vidimus ruderā ac vestigia claustrī olim monastici. fuit autē Bornhemium ad nostram vsque ætatem Præpositura, in qua monachis aliquot Affligemienses residere solent.

CAPVT LII.

BECHTOLSGADENSE MONASTERIUM in Bauaria.

1108. **I**oannes Auentinus in hac fundatione variat; nam libro 5. Annalium sic scribit: *Chuno à Medling & Frontenhausen, Satrapes Comes Sars & AVV; vxor eius irmogarda in agro Salsbur-*